



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt X. De perfectionibus humanæ Christi facultatis exequentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

ignominiam, quam nec poenam exhorruit, ut nos opprobrio sempiterno eriperet, restitueret gloria. Nec mirum. Quid enim erubesceret, qui ita lauit nos à peccatis; non quidem ut aqua diluens, & retinens sordes, sed veluti Solis radius desiccans, & retinens puritatem? Est quippe Dei sapientia, ubique attingens propter mundiciam suam.]

Ira.

453. A facie iræ columbae, extimescendum denuntiabat Propheta, sed & Apostolus iram agni memorat Apocal. 6. Verum ea ira, agni erit iam non agni, sed versi in leonem aduersus peccatores. Christum verò per tempus passionis, cum in humilitate iudicium eius sublatum est, itam prodidisse, operosum videretur ostendere, nisi Scripturae id testarentur, & aperte Patres exprimerent. Sanè Matth. 21. in ipso passionis aditu. (quippe post ingressum solemnem in regiam urbem, & pomam palmarum,) subiit Christus templum, & cum ita eiecit vendentes ibi & ementes, mensaque nummulariorum & cathedras vendentium columbas euerit, proludens per eam iram sanctissimè ac meritisimè conceptam, iræ qua Satanam erat eieciurus è templo Domini, ac tyrannide sua exturbatorus. Paulo vltius, metam versus progressus, hoc est sub vltimam cenam, impijssimi & ingratisissimi discipuli obfirmatione in nequitia, turbatus est spiritu, & protestatus est, ac dixit, unus ex vobis tradet me. Qualis ea turbatio fuerit, sic exponit S. Cyrillus lib. 9. in Ioan. c. 13. Christus [idè turbationis quandam figuram & iræ ostenderit, quemadmodum etiam quando Lazarum suscitauit, fecisse scribitur. Fremens enim spiritu ac turbatus, (inquit) venit ad monumentum. Nam quemadmodum ibi minas aduersus Mortem, fremitum appellauit; sic in hoc, motum (ut ita dicam,) aduersus impietatem proditoris, turbationis nomine denotauit: Iure autem molestè ferebat scelera illius, quia vnà cum alijs discipulis magnis affectus honoribus paruo argento amorem Christi repulit: Et dum panem eius manducaret, calcaneum aduersus ipsum eleuauit: non gloriam illius, non societatis leges, non pietatem vt Deo illi dedit, non quicquam aliud mirabilem recordatus: sed detestabilem solummodò paruamque Iudaeorum respiciens pecuniolam, qua suam animam vendidit, qua innocentem atque iustissimum sanguinem, manibus tradidit impijorum. Quare non iniuria turbatur Dominus.] Hæc spectant ad Christi patientis, aut ad passionem se accingentis, conceptam in Satanæ satellites iram.

In ipsum verò Satanam per idem tempus exarsit maxime. Quod ad hunc modum ab Elata in Christi persona expressum est c. 63. à versu 3. *Torcular calcanei solus, & de gentibus non est vir mecum: calcanei ens in furore meo, & conculcavi eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis mee venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: Quasi mihi non fuit qui adinuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea, ipsa auxiliata est mihi. Et conculcavi populos in furore meo, & inebriavi eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.]*

454. Hæc enim in Christum per passionis tempus caderet, & designare iram tunc ab eo exproptam in Satanam, Theodoretus ad illud Cant. 8. *que est ista qua ascendit de deserto*, rectè annotauit. Eodem pertinuit clamor Christi postremus, sub momentum efflandi animam. Præter priorem enim clamorem de quo S. Matth. c. 27. versu 46. quem priorem clamorem, fuisse mistum lachrymis, Apostolos ad Hebræos cap. 5. prodidit, postmodum cum dixisset *consummatum est*, intragijt Christus clamore magno & inarticulato, post quem clamorem addidit verba inter quæ expirauit, vt S. Lu-

cas c. 23. testatur: vt propterea dictus sit expirasse sic clamans, id est non effendendo postremas illas voces quibus animam Patri commendauit, sed immediate ante eas; atque adeò moraliter loquendo, sic clamans expirauit. Ita aperte colligitur ex Græco contextu. Nam apud Matthæum quidem cap. 27. quia significandum erat Christum emisisse primum clamorem inter alloquendum Patrem, & proponendam detestationem suam dicitur *δὲ τότε ὡς ἔμελλεν ἀποθνήσκειν*, Hic, En in præsentī tempore, dicens clamauit. Mox verò ubi secundus clamor describitur, ait Matthæus: *ὡς ἴδωμεν πάλιν κρῖνας ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν τὸ πνεῦμα*: ubi noster quidem vertit clamans quia nulla est Latina dictio quæ commodius respondeat Græco illi Ἀκούω. Sensus tamen esse debet, cum clamasset, emisit spiritum, sicut apud Lucam cap. 23. *Καὶ φωνῆας οὗτος πνεῦμα ἰσχυρῶς, ἔειπε, Πάτερ, &c.* En φωνῆας ἔειπε, id est cum clamasset voce magna, dixit. Quæ verba aperte ferunt, Christū prius clamasse, postea protulisse extremas illas voces quibus spiritum Patri commendauit. Clamor iste conclamationis fuit in Satanam, & sonantissima insultatio in prostratum, cum multa indignatione, ob summam in Deum, & Christum ipsum, genusque humanum ad illud vsque momentum exercit improbitatem, funditus tunc exstinguendam Christi morte.

455. Hæc breuiter de Christi sub passionem & extremam vitam passionibus cardinalibus dicere visum, vt intelligeremus quis fuerit Christi appetitus, & quæ cor eius cui appetitus insidet: indèque stimularemur ad similiter regulandas & frenandas cordis nostri passiones. Fuit cor Christi, cum in omni vita, tum in extrema præterit, cor bonum & optimum. Idque nobis in eo maxime statu perspicui voluit; quod ex admilla eius per lanceam perfossione, piè admodum eruit Autor tract. de pass. Dom. (sub allegoria viris apud S. Bernardum c. 3, ubi de Christi corde, & nostri cordis ad Cor Christi coniunctione, fusè ac pulchrè. Iustum professò fuerit, in huius cordis conuiuio & subingressione, hominem exordificari: quod Angelis in Christum intendentibus contigisset, ipsimet Angeli Ecclesiam alloquentes sunt professi, interprete Gregorio Nysseno hom. 8. in Cant. *sub finem*. Pudeat non eodem affici sensu pietatis erga cor Christi, quo tacitam, imò oppressam Sigismundam Tancredi Salernitani Principis filiam, scribit Aneas Sylvius. Cum enim furtiuum filiae sponsum Guiscardum, Tancredus occidi imperisset, & eius cor aurea in patera ad filiam transmississet; affectum flagrantissimum æstui impar Sigismunda, pateram cordi suo admouens, inter tenerissima dilecti cordis alloquia, efflauit animam. Multò iustius, similem sensum deposcit à nobis cor Christi, sedes passionum sanctissimum erga nos.

CAPVT X.

De perfectionibus humana Christi facultati exequenti.

456. **H**umana Christi facultas exequens, physica & entitativè spectata, non est alia quam via mortis corporea. Nam neque in nobis alia est facultas, exequens voluntati iussa, quam facultas motiva. Illa ipsa tamen facultas, in Christo accipit perfectionem longe maximam: ita vt cum ex se & suapte vi intrinseca, non sit idonea nisi ad causandum motum, tamen per supernaturalis illius perfectionis communicationem, (quicquid tandem sit ea perfectio, de qua mox) fiat patrix operum mirabilem & potentia miraculorum appelletur. Delitarunt enim, qui potentiam miraculorum in Christo censuerant fuisse non perfectionem potentie exequentis, sed Christi imaginationem: in quibus refellendis operam propè im-

merito laudat Medina 2. paren. cap. 7. & Delrio lib. 1. Mag. cap. 3. 9. 3. Nec minus desuperant, qui eandem Christi potentiam voluerunt esse temperamentum; ut Medina eodem loco, & Delrio cap. proxime notat. Quid enim propositio est, cum effectibus mirabilibus, & imaginatione vel temperamento?

Exequens Christi potentia, verorum & non Magicorum mirabilium, causa.

Potentia ergo miraculorum, alia entitativè non fuit quam vis in Christo exterioris exequens, accessu supernaturalis perfectionis provecta ad decus & titulum potentie miraculorum. Vis autem externa exequens, ut præmissi, & constare etiam potest ex tractatione potentiarum, alia in homine non est supra voluntatem efficacem, quam vis motrix, eique in Christo peculiariter adiuncta haberi potest perfectio patrandorum mirabilium operum supra naturam, quatenus Christus via parabat miracula nisi adhibito contactu, aut excitatione manus, vel corporis inclinatione, aut vocis formatione, quæ omnia sunt partes facultatis moritricis. Itaque merito in potentia Christi moritricæ tamquam in vi naturali exequente subordinata voluntati & appetitui, considerabimus perfectionem illam insignem qua Christus donans est, vt miracula ederet.

457. Miracula inquam vera & realia, quod statuerimus est primo loco. Vbi enim cerebrum habuisse dicimus hæreticos illos, quos Lucas Tudenis l. 3. contra Abiliges c. 1. affirmasse refert, Christi miracula quæ legimus, fuisse dumtaxat mystica, v. g. dictum esse Christum illuminare cæcos, quia spirituales cæcitatem depulit: & excitare mortuos, quia vitam spirituales restituit? Quæ est manifesta mentis motio; cum Evangelium tam clare prodatur edita esse à Christo exteriora opera, non mysticè tantum, sed etiam reipsa vt sonant verba. Itaque hæretici illi planè delirabant. Non essent tamen, sed verissimè consulerent, & dixissent, extrema Christi opera & mirabiles ægrotorum curationes, signa fuisse internarum curationum animarum. Et hæc ratio egregie planè de Christi miraculis philosophatur Lactantius l. 4. cap. 26. monstrans sigillatim, cæcorum, surdorum, mutorum, claudorum, leprosozum, admirabilem curationem per Christum factam; ipsamque etiam mortuorum excitationem, gessisse figuram miraculorum spiritualium quæ Christus in animabus operabatur, totum hominem sanans, vt S. Augustin. vocat obsecrant ad illud Ioan. 7. *M. hi indignantur, quia vivum hominem sanum feci in Sabao.* Et optimè etiam Ierem. 44. de verb. Dom. Nec in curationibus dumtaxat corporum, sed universè planè in quibusvis miraculis & operibus Christi, aliud videbatur, aliud suberat. Similitudo enim & typus futurorum, erat quodcumque fiebat in corpore, ait Origenes, præclare id elucidans hom. 6. in Esaiam ad illud, *videmus videbitis.* Itaq; orat, vt dupliciter videat res Christi. Et hoc sensu l. 2. contra Celsum *sub finem*, exponit quomodo discipuli Christi maiora horum factori dicantur; nempe quia sanaturi ipsi erant animas, Christo corpore sanante, si solum spectaretur quod faciebat exteriorius; quamvis cognoscat, reipsa animas quoque sanasse Christum S. item Athanasius homilia nona in illud *ite in castellum*, visibiles per Christum editas sanationes, docet fuisse argumenta invisibilium sanationum; & cætera Christi signa, fuisse Symbola mirabilium intelligibilium. De signis quæ Marc. ultimo edenda promittuntur, idem habet S. Bernardus serm. de Ascens. Fuisse igitur Christi miracula omnino vera & realia, fixum & ratum esto, etiam verissimum quoque sit, parata esse à Christo spiritalia miracula & mystica.

Statuentum verò præterea consequenter est, mira-

cula illa, non magica extitisse, quæ ferè sunt eminentia, nec aliquid continent supra vires vniuersæ naturæ, vt differo in Natur. Theol. dist. 4. à num. 332. sed scetus potentie Christi supernaturaliter operantis fuisse. In hoc puncto, reclamant olim Iudæi, & Ethnicorum plerique. Refert enim Ludovicus Vives lib. 3. de verit. fidei c. 11. Iudæos Christi miracula retulisse ad magicam pronuntiationem nominis Dei. Quod item S. Epiphani. hæ. 30. refert ex Iosepho Comite, narrante id iactare, Iudæis suo tempore fuisse solemne. Fuit autem Iosephus æqualis Constantini Magni, eique percarus, & ex Iudæo Christianus. Quod igitur Babylonios sibi persuasisse Autor est S. Isidor. Pelus. l. 1. epist. 19. nimirum prolatione nominis Dei patri posse quævis miracula; hoc Iudæi ad eleuanda Christi miracula obtrulerunt, affirmantes enim arte quapiam ad noticiam divini nominis petrepsisse, indeque factum miraculorum patratorem. Ethnicis idem ferè visum. Hinc enim illa apud Arnobium l. 1. num. 27. calumniolæ & pueriles, (vt vocat Arnobius) de Christo voces. [Magus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit: Ægyptiorum ex aditibus, Angelorum potentium nomina, & remotas furatus est disciplinas.] Similiter apud Origenem Celsus l. 1. ista effuit. [Mirificas Christi virtutes conatus calumniari quasi Magicis artibus non diuina vi editas, ait eum clam educatum, & in Ægypto mercede famulatum, peritum mirificarum eius gentis artium, inde reuersum; quibus fretus, pro Deo se haberi passus sit.] Idem iteratur in ipso illius libri fine, ubi Origenes id refellit & morum mutatione Christum consecuta. Latè quoque impactam Christo Magiam refellit l. 2. eiusdem operis, *sub finem*. Tandem Hierocles apud Lactantium l. 5. c. 3. ex hoc item capite, miracula Christi depreffit. Ab istis (Arnobio inquam, Origene, Lactantio,) atrocis calumniæ confutatio plena petatur. Mihi satis superque ad eam conuellendam videtur, quod Magia per Christi doctrinam passa excidium, non possit fingi ab eo adhibita.

Quid sit ea potentia, error Nouatorum, explosus, Recensita Catholicorum placita.

458. Sic supposita veritate operum Christi mirabilium, & eorum exortu ab illius potentia, ad perfectionem eiusdem potentie veniamus. Ea verò perfectio quid sit, dubitatum est, & cum hæreticis, & inter Catholicos. Nam hæretici quidem, vt semper in deuezum abripiuntur, perfectionem illam censuerunt esse diuinam ipsam omnipotentiam, quæ tamquam forma accesserit facultati humanæ exequenti: ita vt Christus, non modò vt Deus, sed etiam vt homo, sit omnipotens. Non est tamen quod in huius erroris confutatione tempus consumam. Superius enim monstratum est, formalem illam diuinorum attributorum communicationem, humanitati Christi eiusve facultatibus factam, esse errorem exploratum ex Eutychnianismi cænofo fonte manantem. Qui enim naturas in Christo fecerunt, & vnicuique absque confusione assignate suas dotes & perfectiones proprias nouerit, vt fides contra Eutychem docet, sine dubitatione vlla pronuntiabit, humanitatem in Christo non esse Deitatem: atque adeo neque humanitatis facultates naturales, esse attributa diuinitatis. Non igitur perfectio potentie Christi exequentis, est ipsa Dei omnipotentia, formaliter communicata Christo vt homini, provt Sectarij prædicti delirant.

459. E Catholicis verò quidem senserunt, in Christo perfectionem supernaturalem cuius accessu ad potentiam naturalem exequentem, constituitur potentia miraculorum, esse qualitatem aliquam permanentem diuinitus adiunctam, à quæ immediatè prodeat actionum mirabilium executio. Ita Paludan. & Capreolus

Capreolus in 4. d. 1. & Ferrar. 4. contra gent. cap. 56. Alij autem, loco illius qualitatibus, effluxum nescio quem transeuntem, & motum diuinitus impressum in facultatem Christi exequentem, cum opus aliquod supra vim naturæ patrandum erat, intulerunt. Non pauci, entitatem naturalem potentiam Christi exequentis, aut etiam ipsius substantiæ humanæ Christi, dixerunt accessu diuinæ assistentiæ extrinsecæ euentam esse ad physicè efficiendum opus naturalibus suis viribus longè sublimius: nec aliam quærendam esse perfectionem supernaturalem, penes quam potentia Christi exequens dicta sit potentia miraculorum, edideritque mirabilia illa & naturam longè excedentia opera, quæ constat Christum patrasse. Sicut enim iuxta probabiliorem sententiam philosophicam, instrumentum con-naturale v. g. calor, assumitur ab igne ad concausandam physicè ignis substantiam; ita ut quamvis suapte natura calor non esset idoneus nisi ad producendum calorem, tamen per solam coniunctionem cum igne, nullo intrinseco ad calorem adiuncto, efficiatur potens ad causandum efficienter ignem productum, qui vna indiuisibili actione ab igne simili & calore igni coniuncto exoritur: Ita iuxta hos Auctores; entitas naturalis sustollit diuinitus potest ad producendum effectum supernaturalem; non vi additamenti alicuius ad entitatem naturalem facti diuinitus, sed vi ipsiusmet naturalis entitatis, roboratæ & completæ per accessum diuinæ assistentiæ: hoc est per coniunctionem diuinæ omnipotentis extrinsecus vegetantis instrumentum naturalem, quod sustollit ad sic operandum supra vires suas: sicut ignis sustollit calorem ad producendum alterius ignis substantiam, cui calor solitarie agens impar foret. Hanc recentiores, vocant *potentiam obedientialem actiuam*, & per eam fieri putant effectus plerosque supernaturales. vt productionem gratiæ, per entitatem materiæ aut formæ Sacramenti; productionem corporis Christi, per verba Sacramentalia; cruciationem dæmonum & animarum separatarum, per ignem; ac nominatim Christi miracula, per facultatem eius exequentem, aut naturalem humanitatis entitatem. Agnoscunt eam potentiam obedientialem actiuam sic expositam, Suarez tom. 1. 3. p. d. 3. 1. ferm. 6. & tom. 3. d. 9. sect. 1. & 2. & t. 4. d. 46. sect. 2. à n. 20. & lib. 6. de gratia cap. 5. & 6. Albertinus 2. principio complexo Coroll. 1. Hentig. lib. 1. summæ cap. 16. num. 1. & cap. 18. Hieronymus à Rua controu. 8. Schol. parte 3. Bellarminus l. 2. de Sacram. in genere cap. 11. Valen. 3. p. d. 3. q. 3. p. 1. Alanus lib. de Sacram. in genere cap. 35. & 36. Pelantius 3. p. quæst. 1. 3. disp. 2. & 3. & quæst. 62. art. 1. disp. 1. & seqq. Aluarez 3. p. d. 3. 8. & 66. Horradus disp. 9. phys. sect. 14. Fonse. 9. Metaph. cap. 1. q. 4. & alij quos illi proferunt; quibus omnibus se in inuentue præiuisse, excogitata primùm ea sententia gloriatur Zumel. 1. 2. quæst. 1. 2. art. 1. disp. 3. Sed si Carthagenam audias disp. 3. de Sacramentis, difficultate 2. c. 7. ridebis vrpam glabram, & corum alienis quibus se conuestierat plumis exutum. Verba Carthagene sunt. [Continere me non possum, ne dicam & sentiam, subtilem hanc sententiam in mentem eius (Zumelij) nunquam cecidisse; sed sicut innumera alia ex scriptis Suares transcriptis, preloque mandauit ita & hanc opinionem ab eo didicit: & nunc tanquam sui ingenij abortiuum, & infelicem partum illam venditat.] E contra verò alij, in potentiam prædictam magna concitatione effertuerunt, illam damnantes vt impossibilem, & intelligibilem, cum velit dari actum secundum sine actu primo, & actionem admittat prædire à principio quod nullam vim respectu eius confertam habeat, ac ne inchoatam quidem. Ita Vasques 1. p. q. 17. 6. c. 3. & 4. & 3. p. d. 37. & 132. Ragusa tom. 1. 3. p. d. 107. Carthagena disp. 3. de Sacram. Agid. Coninc. 3. p. q. 62. à num. 1. 1. Becanus tract. de Incarn. c. 10. Lorca 2. 2. f. 3.

disp. 4. à n. 2. 1. & alij quosq. allegant Imò eam sententiam Pelagianismo londere, censuit Astruc. q. 6. de gratia Christi; & Cabrera 3. p. quæst. 1. 3. art. 2. disp. 4. 5. 7. eo quod iuxta eam sententiam, vis aliqua naturalis & tanquam vera causa efficiens.

Iudicium de ipsa placitū, prout ad qualitatem addititiam, motūve recurrunt.

460. Mihi nulla propositarum sententiarum, satis aridet. Quanquam diligenter singulas excutere, & radicibus euellere, consilium non in eo: quod res foret prolixa operæ, & non magis sit huius instituti propria, quam plurimorum aliorum in quibus æque trahi posset; & verò à varijs quos protuli occasionem excutendi vbiuis arripientibus, tradita est. Propriavero sedes huius difficultatis, esset tractatio de diuina omnipotentia, eo quod spectet ad agnitionem omnipotentis diuinæ, perspicere, an sic possit assumere quancunque creaturam supra caput suum, & vim nodam naturalem: & alioqui cum ea quæstio excitari possit circa res omnes creatas, nec tamen par sit eam vbiuis agitare, consiliū iungitur expensionem causæ primariæ, cui vis hæc creaturarum instrumentaria, subordinatur & subiungatur necesse est, si dari posse supponatur. Quæ obicit tantum, aperiam quid in sententijs propositis existimem verum, quid repudiandum: quo item pacto de hac perfectione potentis Christi exequentis, statuendum sit, breuiter explicabo & confirmabo, relictis cæteris quæ communia sunt, nec specialiter faciunt ad hanc causam.

Qui humanitatem Christi, eiusque potentiam exequentem, putant immissione qualitatis alicuius fuisse perfectam, vt posset opera supernaturalia efficere; manifestè reselluntur: quia certum est, admiendum esse potentiam obedientialem passiuam, quæ immediatè & absque additamento vilius principij supernaturalis, subiectiue causet formas supernaturales creaturis rationalibus communicatas, v. g. gratiam sanctificantem. Si enim quis dicat, eam formam recipi in anima interuentu alterius qualitatis sepe naturalis; interrogo de hac ipsa qualitate, an ipsamet immediatè adueniat subiecto naturali, an mediante alia qualitate. Si primum, falsò igitur affirmabatur, potentiam obedientialem passiuam non consistere in ipsa naturali entitate animæ. Si secundum, progrediemur in infinitum. Nam de ea supernaturali qualitate quæ est ratio recipiendi aliam, sciscitabor quomodo recipiatur in anima, & ita deinceps. Ex quo manifestè liquet, potentiam obedientialem passiuam, statui non posse in forma addititiam. Atqui par omnino est ratio potentis passius, & actiue, quoad rem præsentem: quia vtraque est causa, nec est difficilius Deo, sustollere entitatem naturalem ad agendum supra naturam suam absque impressione vilius formæ, quam (quod reipsa prædixi ab eo vidimus,) circa potentiam passiuam, entitatem naturalem sustollere, ad causandum subiectiue formam supernaturalem absque addititiam vilius forme interpositione. Accedit argumentum validissimum, quod petitur ex efficacia animæ, & potentiarum eius naturalium, in actus vitales supernaturales. Nam indubitatum est, actum fidei tametsi supernaturalem essentialiter, verè effici ab intellectu facultate naturali, diuinitus quidem adiuta; siue per sola auxilia transeuntia, siue etiam per habitum; ita tamen vt ipsa intellectus entitas naturalis influat reuera in talem actum; qui cum sit vitalis, exigit concursum facultatis vitalis: ita vt secundum sententiam valde receptam, planè repugnet actum illum à solo Deo effici, absque influsa actiue immediato facultatis creatæ. De actibus pleiisque supernaturalibus voluntatis, eadem ratio est; & nomi

nominatum de libero consensu, ad quem certum est voluntatem non se habere merè passivè, sed verè ad eam cooperari, ut definitur in Tridentino sess. 6. cap. 5. de can. 4. intorto in negantes Anathemate. Igitur potentia obedientialis activa, in intellectu & voluntate, non est statuenda in qualitate aliqua supernaturali, quæ sit tota agendi ratio. Similiter itaque in Christi humanitate, supernaturalis perfectio potentia exequentis, non potest dici esse qualitas additiva. Quæ verò esset illa qualitas? Tam varia liquidem, & tam diversi ordinis opera per hanc potentiam edi porerunt, ut incredibile sit, unicam formam potuisse ad tam multos tamque discrepantes effectus producendos sufficere. Deinde si forma illa esset naturalis, incepta esset ad productionem plurimorum effectuum à Christo per potentiam prædictam producibilem. Si verò esset supernaturalis, non congrueret plerique effectibus merè naturalibus, nec nisi secundum modum supernaturalibus eidem potentia respondens. Quare additicia illa qualitas, evertitur videlicet.

Eadem porro operà, eversum est placitum eorum, qui aiebant perfectionem qua Christus fiebat potens ad edenda miracula, aliud non fuisse quàm motum supernaturalium naturali entitati. Nam motus ille non potest esse localis, quia hic est planè alienus à completenda vi activa naturalis facultatis ex se impotentis ad causandum. Ellet igitur alterativus, qui est productio alienius qualitatis. At iam vidimus, qualitatem additivam non posse constituere perfectionem de qua agimus. Hæc dixerim de prædicto placito, intellecto iuxta veterum corticem. Nam cum varij erant illud interpretentur, ut videre est apud Carthaginensem disp. 3. de Sacram. difficultate 2. cap. 3. existimant liquere, permultos qui nominatenus ita sentite videntur, seipsa longè aliter sentire, & nomine motus nihil aliud intelligere, quàm usurpationem passivam instrumenti divini, v. g. potentia Christi naturalis à Deo assumptæ ad hoc vel illud patrandum: qua ratione perfectio de qua agimus, non statuitur in vlla qualitate, vel in vilo actu primo divinitus productio in re naturali quæ ad aliquid supra naturam excedendum assumitur, quod vnum nunc intendimus rejicere.

Non repugnare Potentiam Christi exequentem, esse naturalem quippiam divinitus assumptam, monstratur exemplis.

461. De ijs qui potentiam miraculorum in Christo exponunt per nudam entitatem humanitatis, vel potentia exequentis naturalis, divinâ assistentiâ excoñfiscâ euentam ad agendum physicè supra naturæ suæ vires; duo dico. Primum est, hanc eorum sententiam, nihil affirmare aut impossibile, aut periculosam. Omnino enim verum existimo, posse Deum humanitatem Christi, vel naturalem eius potentiam exequentem ita sustollere, ut producat physicè quicquid suæ naturæ suæ supernaturalis voluerit Deus per eam produci. Quod æquè dico de omni alia entitate, etiam diminuta & infirma. Hoc mihi persuadet plenum Dei in creaturas quasque Dominum, quod fette videtur, ut Deus possit eas assumere ad vsum quencumque non repugnantem. Inter eos autem vsus, unus est, ut per creaturam actiue coöficietatem producat quicquid Deus volet. Confecta res est, si monstratur eum creaturæ vsum non repugnare. Nam quin hic sit aliquis vsus creaturæ, & quin sint concedendi Deo vsus omnes creaturæ, qui repugnantiam non inoluunt, nemo sanus dubitavit. Monstratur ergo deesse in tali vsu repugnantiam; Primum argumento ducto ex duobus exem-

Topoph. Raynandi Christi.

plis iam supra adhibitis, deinde depellendo contradictiones quæ ab aduersarijs sunt propositæ.

Exempla sunt, potentia naturalis passivæ divinitus assumptæ ad causandum subiectivè ens supernaturalis, puta gratiam sanctificantem, vel unionem hypostaticam; & virtutis naturalis potentiarum vitalium divinitus assumptarum ad productionem actuum essentialiter supernaturalium, quos nulla vis creata posset seipsa producere. Sanè entitatem animæ nostræ, subiectare verè ac propriè atque ad eam causare passivè entitatem supernaturalem gratia sanctificantis, perspicuum est. Vis autem subiectivè causativa formæ supernaturalis, non potest esse vis nuda naturalis: alioqui deberet ei connaturaliter concursus ad subiectionem prædictam, quod constat falsum esse. Itaque est obedientialis; siue est ipsa naturalis entitas subiecti, propter intervenientem divinam assistentiâ, assumitur ad causandam formam, quæ attentis omnibus ei internis, transcendit vim naturalem passivè causativam. Quidni ergo similiter entitas naturaliter inidonea ad aliquid effectivè causandum, possit divinitus sustolli ad physicè efficiendum effectum superiorem, aut quencumque effectum placuerit Deo per eam fieri?

In hoc argumento eludendo, laborat Vasquez 1. p. d. 176. num. 43. & inutiliter profectò laborat. Ait enim disparitatem esse inter causam efficientem & passivam, quod hæc ad patiendum & recipiendum, concurrat per suam potentiam naturam, quæ est prima causa recipiendi: causa verò effectiva, non possit esse instrumentum ad quilibet efficiendum. Hanc dico esse manifestam principij petitionem, & inanem circulationem. Nam cum assignandum esset discrimen, ob quod causa passiva assumi potest ad causandum subiectivè supra suas vires, & idem dici non possit de causa activa; responderetur, causam passivam assumi posse, quia seipsa patitur; non item activam, quia non ageret seipsa. At argumentum concludit, potentiam activam posse assumi ad quilibet agendum seipsa, æquè ac potentia passiva assumitur ad causandum passivè quilibet. Exemplum ergo propositum, non incongruè monstrat producibilitatem cuiusvis effectus, per quamlibet causam divinitus ad id à Deo delectam.

462. Nec minùs validum est exemplum alterum, nempe actuum vitalium supernaturalium, quorum tota entitas efficitur per entitatem naturalem intellectus, divinitus adiutam, & assumptam ad attingendos illos effectus, ad quos ea vis activa spectata nudè per suam vim naturalem, esset inidonea. Æquè igitur posset Deus vi entitatis intellectus aut voluntatis, ad producendum quilibet aliud. Facile verò præcluditur effugium quod Vasquez 1. p. d. 176. num. 28. adhibet, nempe quod in prædictis facultatibus sit vis inchoata ad actus quos respiciunt: v. g. in intellectu ad intellectionem, etiam supernaturalem; quia in intellectione naturali cui essentialiter addicitur, includitur genus intellectioni supernaturali & naturali commune: qui respectus cum non reperitur in quibusvis alij entibus ad hos actus & alia quæcumque comparatis, deest illis vis inchoata ad eorum productionem, complebilis per divinam assistentiâ indebitam. Hoc inquam effugium, præcluditur faciè. Gratiis enim in eo assumitur quod erat ostendendum; nempe quod intellectus habeat vim naturalem inchoatam respectu intellectionis supernaturalis. Nam cum hæc forma sit essentialiter ordinis superioris, & in ea gradus genericus, non producatur physicè seorsim à gradu differentiali, sed ambo sicut sunt physicè una entitas, ita unica & indivisibili actione efficiantur; manifestè talis intellectio superat vim naturalem intellectus. Si igitur nihilominus interveniente assi-

Ccc Bonia

stentia divina supra naturam, facultas intellectus sustollitur ad operandum formam quæ planè superat vires eius; ostendendum superest aduersario, quomodo quodlibet ens, non possit similiter causare effectum quoduis aliud ens, cum intellectus æquè distet ab intellectu supernaturali, ac alia quævis entitas ab omni alia entitate. Itaque hoc quoque exemplum, commodat præsentī negotio: innatque ad agnoscendum defectum repugnantiae in productione cuiusvis effectus, per quamcunque entitatem à Deo coadiuvante usurpatam ad talis effectus productionem.

Depellitur prima repugnantia, quia quidlibet esset causa cuiuslibet naturalis, & propria, atque adeo principalis.

463. Sed erit fortasse commodius, repugnantias quas aduersarij excogitarunt, sigillatim audire atque depellere. Vaque vigere solet, iuxta sententiam quam à contradictione vindicamus, omnem entitatem esse causam propriam & naturalem, atque adeo principalem cuiusvis planè entitatis. Ita enim sequi putat, ex eo quod hæc potentia rerum omnium productiua, statuatur nativa, siue indistincta ab entitate producente. Nam vel talis entitas est vis completa respectu totius effectus, & quarumvis eius rationum producibilium; & sic non erigeretur ad effectus productionem alia causa secunda, quia posita in aliquo ordine causa à qua effectus pendeat secundum omnem rationem, frustra causa alia in eodem ordine additur. Esset igitur ea entitas, causa principalis respectu cuiusvis effectus: nam esse causam principalem, nihil aliud est quam esse talem causam, quæ alterius concausæ consortium in eodem ordine non deposcat. Vel certè talis entitas, non est vis completa ad omnes rationes quæ in effectu reperiuntur, producendas: tamen quandoquidem adiungitur ad causandum effectum, necesse est ut ei ratio aliqua in effectu peculiariter respondeat. Nam causa cui nulla ratio peculiariter in effectu responderet, non est causa. Respectu ergo illius rationis quæ entitati prædictæ causanti responderet in quovis effectu, posset entitas illa esse causa principalis. Itaque potentia actiua quam omnibus rebus implantatam volumus vel est completa & integra respectu omnium rationum cuiusvis rei producibilis, vel est tantum completa respectu vnius alicuius rationis in re qualibet reperiæ: & vtrumvis dicatur est causa principalis, vel plena vel inchoata quorumvis producibilium. Absurdissimum autem videtur, admittere in omnibus rebus, vim naturalem & propriam principaliter causatiuam quarumvis aliarum rerum, etiam si non nisi inchoatam:

464. Hæc repugnantia nullo negotio rejicitur; & quantum video nititur tantum æquiuocatione, fundata in duobus vocibus, *causa* scilicet *naturalis* & *propria*. Nomen ergo *causa naturalis*, dupliciter potest usurpari; nempe primò pro potentia causatiua indistincta ab entitate, congenita rei causanti, quomodocunque ea potentia sit in actum reducibilis: & sic fateor, potentiam quam contradictione liberare satago, esse naturalem. Nego tamen esse absurdum, dicere entitatem aliquam naturalem, esse eo modo vim actiuam respectu cuiusvis effectus. Nego item sequi talem causam fore principalem. Non enim esset connaturalis causa, neque deposceret sibi concursum ad cuiusvis effectus productionem; sed à Deo iuari ad id posset per assistentiam extrinsecam, & indebitum concursum, quod est alienum à causa principali. Hæc tamen usurpatio *causæ naturalis*, non est communiter recepta: sed communis illarum vocum notio, cadit in causam connaturalem, seu cui suapte natura debeat concursus ad effectum. Hoc autem mo-

do, quævis entitas non est causa naturalis respectu alterius cuiusvis effectus: quia quomodo per assistentiam extrinsecam indebitam posset pertingere ad cuiusvis effectus productionem, tamen ex se iaceret obliqua; sed tantum exprimitur ob assistentiam causæ superioris, cui subest ut instrumentum: causas quidem sub ea, & cum ea per naturam suam entitatem, sed tamen abique proportionem illa tali entitati conferta, respectu effectuum de quibus agitur: ac proinde non est hoc sensu causa naturalis; & consequenter evertitur fundamentum ex quo eruebatur hanc causam fore principalem, quia esset causa naturalis.

Æquè facillè extrahitur æquiuocatio in vocibus *causæ propriae*. Si enim nomine *causæ propriae* intelligatur vera causa, suamet & sibi propria entitate causans effectum, tamen non nisi interveniente assistentia extrinseca porfusus indebita; sic admitto, rem quamlibet posse diuinitus assumi in causam propriam cuiuslibet rei. Inde tamen non sequitur, eam causam fore principalem. Quamvis enim propria entitate influente, non tamen nisi propter extrinsecum indebitè adiuta, quod derogat partialitati concursus. Sicut calor, ex eo quod propria, id est suamet entitate extrinsecus adiuta substantiam ignis aut corporis viuentis coëfficit cum igne, vel anima; non est causa principalis. Si autem nomine *causæ propriae* intelligatur causa connaturalis, aut causa sufficiens ad producendum se sola effectum, abique interuentu extrinseci auxilij indebiti, & excedentis exigentiam talis causæ; sic nego quamcunque entitatem posse esse causam propriam, vel omnium rationum in effectu reperiatarum, vel vnius alicuius.

Nec admittendum est, quod aduersarius in eo argumento ut ratum assumit, nempe omnem causam debere esse causam sufficientem, vnius saltem alicuius rationis producibilis in effectu, eique causæ peculiariter respondentis. Neutrum enim verum est. Nam eadem pleræque rationes in effectu producibiles, pluribus causis producentibus respondere possunt: siue quod neutra causa foret per se sufficiens, siue quod altera aliam asciscat sociam, ut ab ea iuuetur, aut ut effectus ab ea quoque pendeat. Sic habitus est vera causa actus, etiam si nihil sit in actu peculiare quod respondeat habitui. Nam facilitas operationis, non est vna aliqua ratio producta in actione vel effectu, sed est extrinseca denominatio à causa ritè instructa, idèoque expedite operante. Evertit hoc falsum principium Soares de attrib. Dei negat. c. 15. num. 16. nôque iam illud superius explosimus. Præterea verò falsum est, rationem quamcunque effectus peculiariter vni alicui causæ respondentem, pendere ab ea principaliter. Sic enim calor, esset causa principalis substantiæ ad quam producendam assumitur: & quoduis instrumentum excideret vero influxu in effectum, ad quem habet instrumenti rationem, quoties ei responderet aliquid in effectu, quod ferè semper contingit. Itaque nihil planè video esse, quod difficultatem facere debeat in ea aduersarij ratiocinatione, quam aduersus potentiam obedientialem actiuam cuius rei à natura confertam, toties tantoque strepitu intorquet. Quia enim vis illa actiua non est ex se sufficiens, sed si desit complementum extrinsecum, siue assistentia causæ superioris, nihil facere potest; propterea neque est causa principalis omnium rerum per eam cum superiore causa producibilium; neque extrahitur à suo ordine determinatio ac finitio, & inferiore plerisque effectibus per eam indebitè adiectam, producibilibus.

Item secunda, quia eadem potentia esset naturalis & supernaturalis.

465. Aliam repugnantiam, videntur alij; nempe quod hæc potentia & naturalis esset, ut supponitur, cum sit ipsa entitas rei naturalis, & simul esset supernaturalis: alioqui enim posset aliquando operari naturali modo, quia modus operandi sequitur modum essendi. Idem confirmatur ex eo quod hæc potentia attingat effectus excedentes vim totius nature, & nequeat expropi abique concursu supernaturali, & indebito toti nature, eodem planè modo quo Deus græcæ Auctor. Est igitur hæc potentia verè supernaturalis, & tamen cum sit de intrinseca ratione entis naturalis, debet esse naturalis. Igitur esset naturalis, & supernaturalis, quæ est aperta repugnantia.

Hanc quoque repugnantiam depellere facillimum est. Dico enim hanc potentiam, quoad ea quæ intrinsecè & in recto dicitur, esse naturalem: ratione autem concursus superioris, & auxilij indebiti per eam connotati, esse supernaturalem. Nam quia intrinsecè hæc potentia continetur entitati rei naturalis, merito ea ex parte dicitur naturalis: quia tamen ea entitas, scilicet consortio causæ extrinsecæ, non posset exire in actum in quem exit accedente causâ extrinsecâ superiore, propterea nunquam operatur hunc actum modo naturali, nec absque auxilio indebito: eamque ob causam censetur supernaturalis, quia scilicet accessio causæ superioris completur, & roboratur, ut possit assurgere supra vires suas, & operari supra naturalem suam perfectionem. Nec id mirum esse debet in divinis instrumentis; cum in naturalibus quoque, item proportionem cernatur. Nam v.g. calor cum igne iunctus, causat ignem, ad quem producendum se solo nunquam assurgeret, quia id foret supra naturalem vim & perfectionem.

Item tertia; quia eadem potentia esset finita, & infinita.

466. Sunt qui præterea virgeant finitatem huius potentie. Cum enim sit entitas creata, imò naturalis, non posset non esse ens finitum; & tamen hoc videtur falsum. Specificatur enim, & constituitur per actus infinitos in quos potest exire, seu penes infinita obiecta quæ potest producere, cum possit Deus per eam causare quodcumque causabile. Sicut ergo ens producibile nullo numero aut specie clauditur, sed est infinitum quovis modo, ita potentia illius respectiva, debet agnosci infinita: cum tamen sit finita, quippe eadem cum entitate naturali cuiusque rei. Nec elidit hanc difficultatem, quod ait Suarez 1.1.3. p.4.1. sect.6. ad 7. negans hanc potentiam specificari & constitui penes obiectum, & actus prædictos: certum quippe est, hanc potentiam respicere transcendentaliter effectus quos potest producere intercurrente divina assistentia: hoc autem est talem potentiam penes eos specificari, atque constitui in ratione potentie assumptibilis ad eorum productionem.

Respondendum est, hanc potentiam intrinsecè & quoad ea quæ in recto dicitur, esse finitam: & quamvis connotet terminum infinitum, tamen constitui in una specie infinita & finita, per ordinem ad illum terminum infinitum, quem attingere non potest absque superpetijs indebitis. Hæc enim attingendi modus, arguit infinitatem in causâ superiore, potente assumere hanc entitatem ad cavendum quemcumque effectum; non autem in ipsâ entitate assumptibili. Adde quod, non quæcumque sunt quoquo modo capacia attingere terminum infinitum, sunt infinita.

Theoph. Raynaldi Christum.

Intellectus enim potest fieri in quodvis ens, atque adeo est capax tendere in infinita obiecta & numero & specie distincta; quia sphaera entis est infinita: sed quia connaturalis eius sphaera non est nisi finita, idcirco finitus est. Similiter ergo quamvis entitas cuiusque rei possit tendere in res infinitas, si ad id à Deo assumatur; quia tamen connaturaliter id non potest, neque suapte natura id exigit; imò supra naturam eius est quod ad id assumatur, merito agnoscitur esse finita intrinsecè.

Ac denique quarta, quia ea potentia, solis, ac non solis rebus naturalibus & actibus quaderet.

467. Tandem inde colligunt aliqui, hanc potentiam repugnare, quod si est naturalis & activa, conferretur solis rebus naturalibus & actibus, contra quam postulat plena creaturatum omnium ad Deum subiectio, ex qua hanc potentiam superius venati sumus. Item admissa hac actiuitate, respectu cuiuscumque rei, in re quacumque, bruium posset producere visionem Dei ac proinde Beati. Quidni enim, si quavis creata entitas est productiva omnium omnino producibilium, possit bruium assumi ad producendam entitatem divinæ visionis, quo ipsum beatum fieret? Hanc absurditatem intorquet in hanc sententiam Egidius Coninc. 3. p. q. 62. à num. 116. & Præpositus 3. p. q. 13. num. 14. & Marcon disp. 2. de visione Dei c. 11. § 4. Admissa item ea actiuitate, cum plerique effectus producibiles sint supernaturales; dandum erit, rem supernaturalem posse produci per causam & virtutem naturalem, qui est purus Pelagianismus, cuius hanc sententiam nonnulli superius relati eam agebant.

Admitto hanc potentiam esse naturalem, id est entitati cuiusvis rei conferam, & ab ea indistinctam; Item admitto esse potentiam activam. Nego tamen vel solis entibus connaturaliter actibus, vel solis entibus naturalibus implantari. Nam res quoque naturaliter destituta omni actiuitate, (si quæ sunt reuera tales, de quo dubitari potest, quandoquidem materia prima quæ dicitur puta potentia passiva, apta tamen est quantitatem ex se profundere, & subsistentiam suam;) sed si quæ sunt reuera entitates omni prolixus actiuitate connaturaliter destituta, poterunt nihilominus per divinam assistentiam indebitam assumi ad agendum quidlibet: quia quod res habeat actiuitatem respectu effectus inferioris, perinde se habet ad actiuitatem intercurrentem divinæ assistentiae expromendam circa effectum superiorem, ac si nulla prolixus esset. Quid enim v. g. confert aquæ, ut dicatur posse assumi divinitus ad gratiam producendam, quod sit activa respectu frigoris, vel humiditatis? Planè ea actiuitas connaturalis aquæ, perinde se habet ad effectum supernaturalem, ac si nulla esset. Igitur si sint res aliquæ nullo modo activæ, poterunt ipsæ quoque assumi divinitus ad agendum, & producendam rem quamcumque, ut rectè colligebatur ex plena harum quoque entitatum subiectione ad divinum dominium.

Res item supernaturales create, conferam habent hanc potentiam respectu quorumcumque producibilium: quia quamvis hæc potentia dicatur naturalis, tamen ea vox non illam arctat ad res quæ passim dicuntur naturales: neque in ea notione tunc usurpatur, sed propter naturalem, idem est quod entitativum: est autem rebus quoque supernaturalibus, sua entitas, & essentia statim ac definita, quæ rectè etiam dici potest natura earum, cui certe aptitudines sunt consentaneæ & connaturaliter debita, non item alia. Res quidem quæ supernaturales dicuntur, sunt supra exigentiam connaturalem subiectorum quibus adveniunt;

Ccc 2 nempe

nempe naturarum rationalium creaturarum: tamen habent certam mensuram perfectionis essentialis, cui connaturalis est tanta dumtaxat activitas, non maior. Si ergo assumantur divinitus ad causandas alias quoque entitates, siue perfectione superiores intra eundem supernaturalem ordinem, siue ordinis despiciatis; id præstabitur per hanc potentiam: quæ ita erit eis naturalis, id est entitati eis naturali adiuncta, imo eadem, ut tamen sit supernaturalis: non modò ratione subiecti, sed etiam ratione termini sic producti, & modi operandi qui non est connaturalis huic entitati: ita ut in eam non prodeat, nisi per indebitam assistentiam, & per concorsum quem nullo modo exigit suapte natura. Idque satis esse potest, ut ea causalitas sit instrumentalis, quamvis effectus esset entitativè depressior causa sic agente. Nam spectata saltem producibilitate illa ad quam hæc entitas ex se non pertingeret, effectus censeretur superior. Quo eodem modo; accidens censetur superius substantiâ, si producendum sit per eam, absque vi connaturali ad illud causandum. Item quæcunque entitas, propter causanda per creationem, censetur superior entitate, cui alioqui cederet nobilitate essentiali & entitativa.

468. Argumentum de productione visionis beatæ per brutum; inane est. Nam si actus vitalis potest produci à principio non vivente, saltem eo vitæ genere ad quod pertinet actus producendus; ita tamen producit ut se habeat mortuo modo. Vnde brutum, si assumeretur ad causandam visionem, non viveret per eam, nec videret Deum. Si autem quod probatur Philosophia fert, actus vitalis dicit ordinem essentialem ad principium vitæ sibi connaturaliter proportionatum, nec potest pendere è solo principio extrinseco; sic argumentum manifestè eliditur: quia non poterit brutum assumi ad producendam visionem beatificam in seipso, sed tantum in aliquo intellectu rationali, vel extra quodcunque subiectum. Quod autem brutum non possit assumi ad causandam entitatem illam, in subiecto prorsus incapaci effectus formalis proprii talis formæ, non stat per entitatem assumendam; sed per effectum, quem repugnat produci in subiecto, cui non possit effectum suum formalem communicare.

Tandem motus additi in hac potentia Pelagianismi, detractione tantæ insularitatis excutiendus est. Quid enim ineptius, quàm Pelagianismi, notare sententiam quæ tradit naturam nostram divinitus adiutam, reddi completè potentem ad actus aliquos quos naturali sua virtute producere non possit? Hæresis Pelagij in contrario extremo sita fuit; quia hominem suapte natura, excluso adiumento extrinseco & completionem per divinam assistentiam, commentus est potentem ad agendum. Tantum verò abest, ut influxus entitatis naturalis una cum Deo in actum supernaturalem, pertineat ad errorem Pelagij, ut potius salus fide negari nequeat: cum constet damnatos esse in Trident. sess. 6. cap. 5. & can. 4. illos hæreticos, qui facultatem nostram vitalem liberam, (quæ vtrique est aliqua naturalis entitas;) aiebant merè passivè se habere ad actus supernaturales, nec vero influxu activo eos attingere. Quare cordatores aduerti, sententiam quam nunc purgamus, fatentur Pelagianismi perperam insinuari. Ita Vasquez 1. p. d. 176. n. 30. & Cathag. in 4. disp. 3. difficult. 2. c. 7. nec potest ea in re tractari, nisi imperitus.

Sententia proposita displicet agendo de facto.

469. Maneat ergo quod primo loco de sententia proposita monstrandum receperam, nempe qui potentiam miraculorum Christi exposuerit per entitatem naturalem ei congenitam, propter operantem supra naturales vires suas, interuentu diuinæ assistentiæ extrin-

secæ, cum nihil affirmare impossibile, aut periculosum. Nunc subdo alterum, quod de ea sententia statendum secundo loco affirmabam. Nempe falsò dici, entitatem aliquam Christo congenitam, v.g. entitatem potentie exequentis naturalis, usurpatam divinitus ad eum modum fuisse, eamque esse in Christo potentiam miraculorum. Omnino enim verum exillimo, humanitatem Christi, & quamcunque eius potentiam, non fuisse physicè assumptam ad patranda opera supra naturam quæ per Christum edebantur; eique tribuebantur: Quod mihi vna illa ratio persuadet, quæ cuius solidè ses Theologicas tractanti, nec omni vento doctrinæ circumferti cupido, haud dubiè probabitur: nempe non esse prudentis Theologi, onerare mysteria fidei novis difficultatibus, nulla virgente necessitate, siue nullo prolato ineluctabili argumento, vel ex scripturarum oraculis, vel ex Ecclesiæ doctrina, vel ex ratione subnixâ ipsæ principijs. Atqui certum est, explicationem potentie Christi ad edenda supernaturalia opera, traditam per entitatem potentie Christo congenitæ, & divinitus assumptæ, quamvis non possit convinci impossibilis, (ut vidimus,) tamen non levis difficultas impeditur. Ut quid igitur, si nihil est quod ad eas decorandas adigat, iniiciens nobis necessitatem illas expediendi ac dissolvendi? quod onus suscipiant, qui eo modo de potentia miraculorum Christi Domini philosophantur. Et ut difficultates facillimè complantentur, quorum novum hoc miraculum, quod in usurpatione rei naturalis ad operandum supra naturam situm est, admitemus, nullo adacti firmo aut argumento, aut testimonio?

Nihil porro esse quod adigat ad agnoscendam eam physicam causalitatem per Christi humanitatem, eiusve naturalem potentiam divinitus assumptam, perspicuum videtur: quia omnia quæ profert ad id possunt, sufficientissimè exponuntur de nuda causalitate morali; quatenus diuina omnipotentia, ad nomen Christi, hæc aut illa supernaturalia opera exequantur; quæ proinde Christo tribuebantur, tanquam causæ ea moraliter efficienti; etiam si physicè à sola virtute diuina elicerentur. Sanè hic modus philosophandi, planè necessarius est, quoad gratiam antiquis Patribus per Christum concessam: quæ cum tempore Christum antecesserit, non potuit per Christum eiusve potentiam ullam congenitam, physicè fieri quicquid absurdissimè pauci Thomistæ dixerint. Et tamen Scripturæ, eodem modo loquuntur de gratia antiquis Patribus collata per Christum tanquam per causam, ac de ea quæ nobis confertur. Vtramque ergo intelligunt & Christo productam, ut à causa tantum morali, non autem ut à causa physica. Similiter gratia quam nunc consequimur, passim in Scripturis & apud Patres, tribuitur Passionis Christi Domini, quam constat non posse physicè influere in collationem munerum celestium: cum ipsa passio sit iam pridem transacta; quæ autem vel non sunt amplius, vel nondum fuerunt, nulla activitate physica potiuntur; sed si causant, non nisi moraliter possunt causare. Contraria autem Bonacinæ philosophia disp. 2. de Incarn. q. 9. p. 3. num. 9. quæ admittit, Christum & quæ Christi sunt iam transacta, posse assumi ad physicè causandum quæ consequuntur tempore, æquè absurda est, ac proximè proposita sententia Thomistarum.

470. Hinc cuncta manent quæcumque assertores physicæ causalitatis pro se adducunt. Alanus c. 10. 3. profert imprimis illud Io. 1. *Gratia per Iesum Christum facta est.* Urget quoque, quod sanguine Christi loti dicimur, Apocal. 5. Item quod Matth. 9. Christus remisit peccata paralytico, nec non Lucæ 7. remisit ei Magdalene, & Lucæ 23. ea similiter condonat latroni, verè vinificans influxu supernaturali effectus inanimorum. Eodémque sensu interprete D. Augustino trad.

tract. 4. & 5. in Ioannem, de Christo dicitur: *Hic est qui baptizatus est in Iordanis*. nempe quia interioris animas iustificat quanto adhibetur Baptismus. Addi poterat quod idem S. Augustinus tract. 24. in Ioan. ait potestatem panes multiplicantes, fuisse in manibus Christi; In eadem sententiam profert Alanus Bedam hom. in Euang. octavarum Epiph. & quem omnium diuinitatem id tradidisse ait, S. Cyrillum l. 4. in Ioannem ad cap. 1. 2. ad 17. Nec illud omittitur ex Damasceno 3. sic. c. 15. humanitatem Christo fuisse organum Græci reliqui Partes, ac nominatum quoque habent Græci reliqui Partes, ac nominatum Eusebii l. 4. de demonstr. c. 13. & Theodoretus dialog. innotat. Eadem ferè, sed paulo plus expassa habet Suarez t. 1. p. 3. l. 1. lect. 3.

Ceterum nihil horum eninici physicam causalitatem Christi, vel potentiam exequentis ei naturæ diuinitatis assumptæ ad efficienda physice opera supernaturalia. Sed quamuis omnia opera supra naturam quæ Christo tribuuntur, facta ab eo dicamus, vt à causa eorum morali, quæ per meritum simul & imperium ea efficiet; æquè valebunt omnes illæ Scripturæ, & peram locutiones, quæ pro physica causalitate proponuntur. Sicut similes locutiones de Christo quoad antiquos Patres, & de Christi passione quoad nos, necessario intelliguntur de sola causalitate morali. Et eadem ratione accipio, quod de causalitate omnium nouæ legis Sacramentorum in gratiam, fides docet; & quod de effectione Christi per verba consecrationis, interdum legitur: Quod cum crude accepissent Regredi, censerentque eam esse. Catholica Ecclesiæ sententiam, alie in eam cachinnabantur, & Sacerdotes Catholicos vocabant *Desices*, vt refert Conradus de monte puellarum t. 1. 3. Bibl. Col. qui rectè respondet, ea Sacerdotum in Christum causalitate physica, abrogata.

Quid verè in Christo fuerit potentia exequens, siue miraculorum.

471. Quare fixum esto, perfectionem illam potentiam exequentis in Christo Domino, vi cuius miracula ab ea edebantur, non aliam fuisse quàm omnipotentiam diuinam Christo assistentem, & operantem quæ Christus fieri vellet supra naturam, consentaneè ad finem Incarnationis. Quod non est relabi in errorem Sacerdotum initio propositum, Hæretici enim, cum potentiam Christi exequentem miracula; dixerunt esse ipsam Dei omnipotentiam, id intellexerunt de diuino illo attributo, iuncto humanitati Christi ad modum formæ: quod est cum Eutyche confunderet in Christo naturas, & earum permissione excindere hoc mysterium. Nos autem tantum dicimus, omnipotentiam Dei, quoad opera fini Incarnationis consentaneè fuisse æquè Christo ad manum, ac nobis in promptu esse diuinam virtutem, vt cooperetur quoad opera naturalia. Vnde nullam potentiam physicam operum supernaturalium principiatum, Christi humanitati internam agnoscamus, sed tantum morale; sitam in potestate ad libitum exercendi opera supernaturalia, per Dei omnipotentiam sibi ad id assistentem, semperque paratam exequi quod Christus optaret. Neque enim vt alijs sanctis potestas miraculorum quandoque transeunter conceditur ita Christo transeunter tantum inexistit, sed vt bene monstrat Vega lib. 7. in Conc. cap. 14. Christo hæc potestas ad modum habitus inerat, & permanenter: quia Deus semper paratus erat, ad Christi nutum exequi omnia quæ Christus facta coperet, consentaneè ad finem Incarnationis, itaque Basilii Seleuciz orat. 33. in illa insigni expressione miraculi multiplicatorum à Christo parum, ita rem manibus Christi tribuit, de quibus ait effloruisse panes inaratos, & absque rustico sudore

Theoph. Raynaud. Christum.

partos, excluso agro, area, mola, chibano; vt tamen statim subdat, causam multiplicationis fuisse, quia aderat creator, & præsto erat ad nutum humane Christi voluntatis Deus regens & verbo virtutis suæ portans omnia. Ita enim ferebat diuina lex de patrandis quibusvis mirabilibus ad Christi exigentiam, quatenus poterat ad finem Incarnationis conducere.

472. Semper arcto hac ratione potentiam Christi, quia sicut Deus non deficit in necessarijs, & in ijs quæ ad plenam & decentem operum suorum consummationem exiguntur; ideoque respectu eorum iure præsumitur semper paratus: ita ad alia, gratis ac perpetuam fingeretur præstasse assistentiam, & omnipotentiam suam addidisse. Quandoquidem igitur ad manifestationem diuinitatis Christi, & veritatem doctrinæ quam proponebat, necessaria erant quædam miracula; si minus absolute & simpliciter necessaria, quod Suarez latè negat tom. 2. p. 3. l. 1. at saltem ad bene esse, & vt præcluderetur effugia incredulorum, fierentque inexculabiles, qui tam eximij meræque diuinis operibus munitam doctrinam non admississent; idcirco quantum ad hos effectus conueniens fuit iuxta diuinæ sapientiæ regulas, omnipotentia diuina parata fuit exire in actum, ad nutum Christi. Ad plerisque autem alios effectus fini prædicto non consentaneos, omnipotentia non erat Christo ad manum, v.g. ad aliud mundum fabricandum; id enim non fuisse opportunum ad finem aduentus Christi, obseruauit S. Augustinus Epistola 3. post mediam. Agens enim de miraculis à Christo editis, & eos refellens qui Christi miracula extenuabant, & nullum eorum fuisse Christo peculiare blaterabant; ait in primis, id falsitatis reuinci, præsertim ex nativitate ex Virgine, resurrectione à mortuis, & in cælos consensione. Tum subdit. [Hoc Deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominem facere non debuit. Nam in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Num homine assumpto alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemus, per quem factus est mundus? Sed nec maior mundus, nec isti æqualis, in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur. Quia ergo non oportebat vt nonum fieret mundum, nona fecit in mundo. Homo enim de Virgine procreatus, & à mortuis in æternam vitam resuscitatus, & super cælos exaltatus, potentius fortasse opus est, quàm mundus.] Non poterat igitur Christus vi potentie miraculorum ea præstare quæ non erant fini Incarnationis consentanea. Et idcirco potentia Christi, à plerisque Doctores quos allegat Henriquez l. 1. summæ c. 3. nam. 1. litera D. non dicitur simpliciter omnipotentia, sed tantum quædam omnipotentia: quia scilicet non assistebat Deus Christo, ad agendum supra naturam, nisi quantum ferebat finis Incarnationis.

473. Eadem ex causa, Christus ante prædicationem, vel nulla vel pauca miracula edidit. Rectè quidem D. Anselmus lib. 2. cur Deus homo c. 13. agnoscit, vt sapientiam plenam cum omni ignorantia depulsionem, ita plenam potentiam in Christo fuisse iam ab initio, quia non decebat Christum iam tunc sui compotem & arbitrum, destitui facultate patrandi quæ consentaneè ad scopum sibi propositum, patrandum indicaret. Eritque cui exerta iam ex utero matris videatur hæc Christi potentia in causandis extraordinarijs gratiæ moribus, quos matri alium gestanti impertire: itémque in causanda exultatione Baptista, intra materna viscera additi, ad occursum Christi. Hæc dici fateor non inuicissimiliter, planèque videtur ea vetera agnoscere Anto. Petes Controu. 4. in Euang. c. 7.

Ccc 3. quum. 57.

num. 57. legis insolet, quæ pro Christi infantis in Agypto miraculis, adducuntur à Baptista Poza l. x. Elucid. Deiparæ tract. 13. c. 11. Tamen quia ante prædicationis Christi exordium, miracula non fuerunt adeo necessaria ad finem Incarnationis, idcirco parcius à Christo sunt edita. Extabat sanè olim liber de infantia Salvatoris, fertus miraculis Christi, in pueritia & infantia editis. Sed eum Gelasij censura proseripit, cap. Sancta Romana, videturque eundem fortassis librum confixisse S. Chrysostomus hom. 16. in Ioan. cum reiecit tamquam falsa, quæ tunc circumferebantur edita à Christo infante & puero. Senerisimè aduersus narrationes de his puerilibus Christi miraculis agit Ioannes Geometra in Catena Corderij ad cap. 3. Lucæ num. 78. vocans Diabolicas considerationes, & per maligni alicuius commenta. Merito item contra Marcionem, ut refert Anastasius cap. 13. ducis viæ, non alia Christi miracula agnoscit, quam quæ per prædicationis triennium edidit, quibus eius verbis, hoc scholium subiicit Anastasius. [Obersua, falsa & suppositicia esse, quæ vocantur puerilia Christi miracula. Neque enim apertè, luce palam miraculum edidit in terra, ut dicit Evangelium, ante miraculum illud in Cana Galilee, ubi aquam in vinum mutauit, sed totos illos triginta annos, exemplo & more nostro transiit, excepto solo peccato, ut restatur Paulus; quamquam verus Deus esset, & ante, & post assumptam carnem.] Vides quomodo Anastasius, intelligat illud Ioan. 2. hoc fecit initium signorum Iesu in Cana Galilee: nempe ut sensus sit, hoc fuisse primum miraculum quod Christus apertè edidit; utique ad sui manifestationem. Nam cum antea lateret, non egebat miraculis quibus doctrinæ suæ veritatem obsignaret. Alij aliter ea verba intellexerant contententes significatum verbis illis, miraculum aquæ in vinum mutæ, primum fuisse quod patrum à Christo sit in illo Galilee Oppido. Sed esse detorsionem loci Evangelici, rectè censuit Toletus ibi annot. 14. Reclamantque passim Patres, qui ut dixit Tertullianus l. de Baptis. c. 9. auspiciatum Christum prima rudimenta potestatis suæ, vocatum ad nuptias affirmarunt. Vident Ambrosius serm. 19. Epiph. latè hæc. 51. Theophilactus & Euthymius Ioan. 2. & pulchrè de eo miraculorum Christi exordio philosophans Isidorus Pelusiota l. x. epistola 395.

Breviculum Capituli & vsu doctrina.

Summa doctrinæ capituli, hæc est. Fuit in Christo potentia, miraculorum & supernaturalium operum patritrix, non quidem quod Christi humanitati quæ tali, eiusve facultati exequenti, communicata sit ad modum formæ diuina omnipotentia, vel entitas aliqua additicia, ad edendos huiusmodi effectus idonea: vel quod humanitas, aut Christi externa facultas exequens, assumpta diuinitus fuerit ad efficienda physice eadem opera, (tamen id quidem impossibile non fore: sed quod ad Christi tamquam moralis causæ nutum, aliqua ferè facultatis Christi exequentis applicatione insinuatam, per Deum ut causam physicam, efficerentur, intra ambitum vrbis nostris & Christi officio consentaneum.

Vfus doctrinæ dabitur in calce sequentis capituli.

CAPVT XI.

Qui defectus nostrates ab humana Christi potentia exequenti, remouendi.

474. **A** Liquor occurrunt defectus, activitatem secundarum causarum affectantes. Primus est, necessitas contactus: unde fit vt non possint age-

re in distans. Secundus est, necessitas subiecti ex quo agant: unde oritur impotentia creandi quomodolibet, & annihilandi. Tertius est, limitatio ad certæ perfectionis effectus, commensos perfectioni talis causæ quæ admodum angusta est: unde causæ create liberæ, non possunt quæcumque volunt, sed tantum quæ sunt consentanea modulo perfectionis & actualitatis eorum.

Vt intelligamus an potentia Christi executiva, pro vt instructa perfectione proximè explicata, seu pro vt habens Deum ad ea quæ Christus voluerit efficienda paratum, liberetur prædictis defectibus, non oportet attendere, an implicet contradictionem potentiam creatam physice operantem, liberari illis defectibus. Potentia enim miraculorum quam Christo concessimus, quoad Christum attinet, non est nisi moralis. Physica autem causa quæ ibi interuenit, est omnipotentia diuina, pro qua omnes quæstiones prædictæ evanescunt. Nam & potens est agendum ubique, & ad creandum, & ad producenda quæcumque entia creabilia. Itaque quamvis non est quod circa potentiam Christi exequentem simus in hac parte solliciti, quia vt vidimus, non est physice causativa effectuum supernaturalium, sed moraliter tantum; nonnulla tamen vestiganda sunt hoc loco. Primum est, an potentia præstanti quæ dicta sunt, fuerit de facto concessa Christo; hoc est an diuina potentia esset Christo ad manum, parata ad nutum eius operari effectum absque contactu, siue in distans; itémque creare, & efficere quicquid Christo libuisset. Qua in parte pensandus erit scopus miraculis Christi supra naturam, & varia Christi opera in quibus notari potest exclusio defectuum prædictorum. Secundum quod hoc loco non videtur omittendum, est, quid dicendum foret ad eas quæstiones, dato quod Christus per potentiam obedientialem actiuam physice concurreteret ad actus qui tribuuntur Christo vt causæ morali. Quia enim admissimus, potentiam obedientialem actiuam posse absque repugnantia defendi, & non paucis placet, usurpatum de facto esse illam potentiam in operationibus quas Christus supra naturam eliciebat; merito vestigandum proponimus, quid eo supposito affirmandum consequenter foret in re præsentis. Occurrit etiam tertium quid hoc loco attingendum, nempe quomodolibet dicatur Deus potentiam Christi exequentem inuissè ad agendum supra naturam, eique ad id altitissè, sicut interdum puris quoque hominibus assistit; quantopere præcellentius Christo adfuerit. Erit enim ea potentia Christi prærogativa non modica, nec omittenda in hac perfectionum eius expositione. Nam & ea in parte, defectuum nostrorum à potentia Christi exclusionem, licebit agnoscere.

Potentia Christi exequens, libera à necessitate contactus.

475. A primo defectu, siue à necessitate contactus, existimo liberam fuisse Christi potentiam; siue somatur moraliter, siue physice. In mea namque sententia, quæ dico Christum fuisse causam duntaxat moralem talium effectuum, ferè cessat difficultas. Deus enim qui est causa physica operans illos ad nutum Christi, ubique est. Vnde de effectui qui ab eo physice prodit, non potest quæriri, an produci possit in loco distante à sua causa physica. Quod verò produci possit in loco distante à sua causa morali, dubitare non licet: quia necessitas contactus, est tantum pro causa physica. Itaque quod in mea sententia quærendum restat, illud duntaxat est, an Deus fuerit paratus ad Christi nutum, agere aliquid in locis à Christo ipso distantibus. Sed hac in re non potest esse difficultas. Videretur enim exploratum, concessam fuisse Christo prærogati-